



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 77. Caput VII. De homicidio voluntario, ac non voluntario.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

Sæcul. XVI. *tent in capite, sint eo ipso beneficiati videli-*
A.C. 1551. *cet a perceptione fructuum beneficiorum, quæ*
obtinent, suspensi per annum: Cæteri vero
Sacerdotes, & religiosi quilibet, per idem
tempus reddantur inhabiles ad quodcunque be-
neficium Ecclesiasticum obtinendum, sed &
tales, & cæteri quicumque Clerici utentes
epitogio, seu tabardo foderato usque ad
oram & ita brevi, quod vestis inferior no-
tabiliter videatur: epitogium ipsum secular-
es Clerici, & Religiosi administrationem
habentes, teneantur intra mensem dare pau-
peribus: cæteri vero Religiosi administratio-
nem non habentes, intra idem tempus illud
teneantur suis Superioribus assignare, in pios
usus aliquos convertendum. Alioquin be-
neficiati suspensionis, cæteri vero inhabilita-
tis pœnas prædictas, per idem tempus se no-
verint incurrisse.

§. LXXVII.

C A P U T VII.

De homicidio voluntario, ac non vo-
luntario.

„Cum etiam, qui per industriam oc-
 „ciderit proximum suum, & per
 „insidias, ab altari avelli debeat, qui
 „sua voluntate homicidium perpetra-
 „verit, etiam si crimen id nec ordine
 „judiciario probatum, nec alia ratione
 „publicum, sed occultum fuerit, nullo
 „tem-

„tempore ad sacros Ordines promoveri Sæcul. XVI.
 „possit; nec illi aliqua Ecclesiastica A. C. 1551.
 „beneficia, etiamsi non curam habeant
 „animarum, conferre liceat, sed omni
 „ordine, ac beneficio, & officio Ec-
 „clesiastico perpetuo careat: si vero
 „homicidium non ex proposito, sed ca-
 „su, vel vim vi repellendo, ut quis se
 „a morte defenderet, fuisse commissum
 „narratur: quam ob causam etiam ad
 „Sacrorum Ordinum, & altaris mini-
 „sterium, & beneficia quæcunque, ac
 „dignitates, jure quodammodo dispen-
 „satio debeat, committatur loci Or-
 „dinario, aut ex causa Metropolitana-
 „no, seu viciniore Episcopo; qui non-
 „nisi causa cognita, & probatis preci-
 „bus, ac narratis, nec aliter, dispen-
 „sare possit.

§. LXXVIII.

CAPUT VIII.

*De alienis Clericis non puniendis, ac
judicandis.*

„Præterea, quia nonnulli, quorum
 „etiam aliqui veri sunt pastores, ac
 „proprias oves habent, alienis etiam
 „ovibus præesse quærunt, & ita alie-
 „nis subditis quandoque intendunt, ut
 „suorum curam negligant: quicumque,
 „etiam Episcopali præditus dignitate,
 „qui alienos subditos puniendi privile-
 „gium